



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Virtvtibus R. P. Bernardi Colnagi E Societate
Jesv Libri Dvo**

Paullin, Johannes

[Monachii], 1662

Cap VI. Familiaritas cum Tutelari, atque alijs Angelis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44152

labis originariæ expers repræsentari solet,
magno suo merito à pictoribus fuerit ple-
nūque repræsentatus.

C A P U T VI.

Familiaritas cum Tutelari atque
alijs Angelis.

§. I.

Non mirum Angelicos Bernardum in-
duisse mores, cui tam frequens cum *Angelum*
Angelis, tamque arcta intercessit con- *Tutelarem*.
fuerudo, ut illis tanquam Magistris ipse u- *frequenter*
teretur: ipso ceu discipulo perquam docili *habet con-*
apprimè illi delectarentur. Custodem sa- *spicuum.*
ne Angelum in Collegio Romano frequen- *Morum vi-*
tissimè adspectabili forma præsentem ha- *t&q; Magi-*
buit, atque ad illius Angelicam oris corpo- *strum.*
risque fiderei compositionem suos ipse gres-
sus, motum, vultusque habitum ex modestiæ *Consulto--*
legibus conformare didicit. Hunc in re- *rem.*
bus arduis consulere, negotiorum consilio-
rumque participem facere; ab hoc divini
amoris mutuare flamas, constitutis horis
adlurgendum è lectulo excitari, ad orandum, *Exitato-*
dandamque litteris operam, legesque ex a- *rem.*
mussi servandas incitari solebat: quidquid
de-

denique ageret, diceretur, ad majorem Deum
Monitorē. gloriā referre doctus, raro admodum bene
 neficio, & in summis dubio procul memo-
 rando, quoties vel in levissimo levis etiam
Arbitrum. culpæ periculo versabatur, non perfundor
 moneri consueverat.

§. II.

Contrà, Bernardo curæ fuit, tam no-
 biles è Cælo Spiritus summa veneratio-
 nis prosequi, tam excelsâ & insolitâ mortalibus
Calit, im-
satur, au-
dit. amicitiâ, quoad ejus fieri poterat, nec indi-
 gnum se reddere, nec ingratum exhiberi
 cum hoc cælesti pædonomo frequenter,
 etiam cùm non adesset conspicuus, colloqui
 honoratiorem ei locum in cubiculo; in in-
 gressu, vel egressu primas concedere:
D. Michae- cumbendi facultatem, cùm somnus oppri-
lis honori- misset, ab eodem petere: illius monitis &
conciona- emplis exactissimè obtemperare longo
sur impa- miliis ex-
ratus. jam assuefactus. Michaëlem Cælestis mi-
 clate
litiæ Archistrategum, qua in veneratione cui ne-
buerit, hinc conjectatu per facile est. Pridi
eius diei, qui D. Michaëli ceterisque Ange-
*lis sacer est, evenit; ut Bernardus ad civi- ioris
 tem quandam (nomen oblivious manus non
 expressit) ex iinere delatus, in Collegio
 hospes, & viarum incommodis fessus com- iestio
 milie*

em DE munī nobilitatis plebisque nōmine roga-
dum b̄etur, posterā die pro concione diceret; ac-
mem censos esse omnium animos ejus audiendi
is etiam desiderio: daret hoc DEO sanctisque Ange-
functoriis, & famelicas mentes divini verbi pabulo
reficeret. Itaque expugnatus haud ægrè
recepit, se id facturum; & posthabitum, quæ
hospiti ac de via fesso Patrum charitas appa-
raverat, fracti corporis viriūmque refocilla-
mentis, exhausta membra humi deposituit, &
ligneo scabello pro cervicali usus modicam
cepit quietem. Cùm verò ita deprehensus
nec in amicē moneretur, mitiūs haberet corpuscu-
lum, & saltem necessarias futuræ concioni
vires repararet, peractis tantæ humanitati
colloquij. *Nisi hunc in modum dormiero, in-*
quit, qua ratione die crastina de sancto Ar-
changelo Michaële dicam? cuius excellentiam
nemo, nisi vel Angelus, vel DEV S ipse satis
explicet, atque ita humi fusus reliquum no-
ongo mis exegit; sequenti autem luce dixit præ-
lestis misericordiæ & piè, Angelus nempe de Archangelo:
cui ne deessent alæ, promptissima obtempe-
t. Pridandi majoribus celeritas effecit, ut Ange- *Ad omnis*
e Ang- *admiratus*
d civicis propria mentibus, ita eorundem fa-
vore ac ministerio divinitus in Bernardo *nem.*
anu- commendata, & saepè aliàs ad liquidum
Collegi explorata, tum vel maximè, quando ex su-
ius com- stiorum voluntate imparatus in suggestu
mu- R pro-

Nocte prius
humi cu-
bando exx-

prodire, & de immaculatæ Virginis Conceptione ad circumfusam coronam verbū facere necesse habuit.

§. III.

Ab Angelo Non supererat illi plus temporis, quā schedam quo sacris operari posset. Itaque ad aram accipit, de accessit, rem divinam fecit, ardenter simili glutit, & que precibus Deum Virginemque adegit ex tempore sibi ut verba, conceptus mentis, & affectus ad concionem dicit largiter affunderent, quibus Conceptionem mirabiliter omnis maculæ expertem pro dignitate excellētia nare posset. Dum hisce votis cælum per sermonis. sat, adest à supremo Numinе, ejusque Mater Virgine missus ex astris Angelus, insigni specie, & raro oculorum fulgore, Hinc clausam in manu chartulam, pretiosum cælo munus, attulit, Bernardo ostendit, placidè porrexit: ille quamprimum ori movit, & ut erat clausa, deglutit, facta deinde peracto in suggestum concendit tantaque verborum copia, sententiarum prodere, cogitationum sublimitate, ac ardore, nimi peroravit, ut se ipso major omnibus esset admirationi, quod ea diceret, quod auditorum captum longè superarent, amos tamen mirificè accensos in Deiparatum potenter impellerent, nimis pa-

is Con
n verba
parva Cæli schedula Bernardo pro ingen-
i Bibliotheca fuit.

C A P U T VII.

*Veneratio sancti Antonij Patavi-
ni mirifica.*

§. I.

EX omni beatorum cæli civium nu-
meroso cætu complures equidem Di-
vos præcipua veneratione prosecutus
est Bernardus : & inter hos quidem Petrum
Apostolorum Principem, Thomam Aqui-
natem, Bernardum Clarevallensem, Vincen-
tium Ferrerium, Ignatium Loiolam, aliós-
que ordinum fundatores, quos in filijs ama-
bat & observabat unicè : sed in primis & su-
pra omnes Antonium Patavinum, ac Fran-
ciscum de Paula impenso studio colebat: in-
ter Christianas autem Heroides Ursulam,
Brigittam, Senensem Catharinam : at verò
Agatham, veluti Civem suam, præ cereis
venerabatur. Et illorum quidem non ma-
gis amator Religiosus, quàm imitator stre-
nuus, virtutes sibi vitâ moribúsq; exprimen-
das à primis etiam annis sumpserat ; præci-
pue verò Angelicum mentis nitorem, & pro-

*Patronos
Calites ha-
bet Bernar-
dus multos.*

*Quos sibi
sumpserat
imitandos.*